Rzadkowski cum Frankowski Emissio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Fraustad. personaliter comparens Generosus Adam Rzadkowski nomine suo et Generosae Zophiae Moscicka coniugis suae a qua de rato et grato cavet ab una et Generosus Daniel Frankowski Generosi Martini Frankowski filius partibus ex alia sani mente et corpore existentes palam publice ac libere verbisque expressis recognoverunt et quilibet eorum pro eo interesse recognovit. Quia ipsi sese mutuo et eandem Coniugem suam Rzadkowskiego de omnibus Protestationibus citationibus actionibus ad quodvis iudicium et officium Regni Ratione differentiarum respectu bonorum et debitorum olim Generosi Joannis Moscicki fratris ipsius Rzadkowska intentatis et nundum inchoatis ac generaliter omnibus praetensionibus etiam nundum inchoatis obinitam mutuam concordiam et praestitam sufficientem satisfactionem quietant emittunt et liberos faciunt processus omnes in quovis gradu iuris dependentes cum toto eorum effectu cassant perpetuo et in aevum nihilominus idem Generosus Rzadkowski salvam actionem contra famulos eiusdem olim Generosi Joannis Moscicki reservat.

Olszewski Tempice Donatio

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Fraustadiensibus personaliter comparens Nobilis Thomas olim Joannis Tempicki de Tempice haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbisque per expressis recognovit Quia Nobili Mathiae filio Nobilis Valentini Olszewski et eius legitimis successoribus bonorum suorum immobilium in haereditate Tempice antiqua consistentium in primo loco in area quinque sulcos incipiens a granicie Koczewska ad plateam tendens inter mettas Szewnikow et sui recognoscentis iacens item in alia area quatuor sulcos a granicie Kocewska ad fluviolum tendens inter mettas Nobilium Niemyski et Osenski iacentes item in campis in primo loco sulcum unum incipiens a via Niemyska ad granitiem Klesiowska tendens inter mettas Baltercik Tempicki et Niemyski iacens item in alio loco duos sulcos a granicie Kocewska ad fluviolum seu lutum tendentes inter mettas Mykow et Niemyski iacentes item sulcum unum incipiens a via Borkowa ad viam Klepowska inter mettas Thumsikow et Maczikow iacens item in alio campo

duos sulcos